

www.e-rara.ch

**Francisci de Paula Schrank ... Enumeratio insectorum Austriae
indigenorum**

Schrank, Franz von Paula

Augustae Vindelicorum [Augsburg], MDCCLXXXI [1781]

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 6139

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-23955>

Praefatio.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



PRAEFATIO.

Quod a poëtis exigit Horatius, ut, quod coeperint opus, nonum prematur in annum, id ego, in alio quidem longe opere, abunde praestiti, uti nulla mihi, si forte, quod tamen haud vereor, displiciturum sit, excusatio relinquatur.

Habes nempe, Lector, enumerationem insectorum Austriae indigenarum, non quidem omnium, at quamplurimorum, omnium nempe eorum, quorum mihi inveniendorum copia fuit. Alpes non ipse vidi; hinc pauca tantum inde delata insecta describo, cautus semper, ne aliena minus certa relatione deceptus lectorem in eundem mecum errorem abripiam.

PRAEFATIO.

Illud mihi in omni hoc libro longe antiquissimum fuit, brevis ut essem, probe gnarus, inutilibus repetitionibus scientiam historiae naturalis impediri magis quam promoveri; & quia immortalis operi, quod de Lepidopteris cum toto erudito orbe a Viro Clarissimo, IGNATIO SCHIFFERMÜLLERO, Sac. Caes. Majestatis Consiliario, Collegique Nordici, quod Lincii est, Moderatore, expecto, addi nihil posse plane existimem, ordinem hunc insectorum omnino praetermissi.

Finis praesentis operae is est praecipuus, ut ii, qui in Austria, vicinisque provinciis Entomologiae navant operam, ductorem haberent aliquem, neu illis idem, quod mihi saepenumero, contingat, ut insecta meridionalis borealiorisque Europae incolas LINNAEO dicta, in Austria inveniri posse desperent, saepe insectum optime determinatum non alia de causa inter dubia reponant, quam quod Apennini, Apuliae, aut Lapponiae incola dicatur. Habet certe Austria cum Lapponia Blattam *lapponicam*.

PRAEFATIO.

eam, cum Helvetiae Sueciaeque frigidis *Cerambycem* alpinum aequae communem ac cum Montis pessulani accolis *Cerambycem Cardui* aut cum ardenti Aegypto culicem *Aegypti* HASSELQUISTIO dictum.

Alterum, quod mihi, dum hoc opusculum conscriberem, proposui, id erat, ut ex ditissima rerum naturalium Austria quaedam scientiae naturali, ejusque parti ab Austriae scriptoribus hucusque magis neglectae, Zoologiae dico, accederent incrementa.

Tempus anni, quo lectum quodque individuum, diligenter notavi, certus in insectis inveniendis illud negligi aequae parum, ac in legendis plantis debere. Mensuras adcuratas ad pedem Viennensem exactas addidi, non, quod illae non saepe excedantur, aut excedant, sed quod vel haec differentia non sit usque adeo magna, vel certe semper inter partes adcurata servetur proportio.

Genera Linnaeana placuerunt; ut novitatis Studiosus non sum, ita mihi plane persuasum

PRAEFATIO.

Illud mihi in omni hoc libro longe antiquissimum fuit, brevis ut effem, probe gnarus, inutilibus repetitionibus scientiam historiae naturalis impediri magis quam promoveri; & quia immortalis operi, quod de Lepidopteris cum toto erudito orbe a Viro Clarissimo, IGNATIO SCHIFFERMÜLLERO, Sac. Caes. Majestatis Consiliario, Collegiique Nordici, quod Lincii est, Moderatore, expecto, addi nihil posse plane existimem, ordinem hunc insectorum omnino praetermisi.

Finis praesentis opellae is est praecipuus, ut ii, qui in Austria, vicinisque provinciis Entomologiae navant operam, ductorem haberent aliquem, neu illis idem, quod mihi saepenumero, contingat, ut insecta meridionalis borealiorisque Europae incolas LINNAEO dicta, in Austria inveniri posse desperent, saepe insectum optime determinatum non alia de causa inter dubia reponant, quam quod Apennini, Apuliae, aut Lapponiae incola dicatur. Habet certe Austria cum Lapponia Blattam *lapponicam*.

PRAEFATIO.

eam, cum Helvetiae Sueciaeque frigidis *Cerambycem* alpinum aequae communem ac cum Montis pessulani accolis *Cerambycem Cardui* aut cum ardenti Aegypto *culicem Aegypti* HASSELQUISTIO dictum.

Alterum, quod mihi, dum hoc opusculum conscriberem, proposui, id erat, ut ex ditissima rerum naturalium Austria quaedam scientiae naturali, ejusque parti ab Austriae scriptoribus hucusque magis neglectae, Zoologiae dico, accederent incrementa.

Tempus anni, quo lectum quodque individuum, diligenter notavi, certus in insectis inveniendis illud negligi aequae parum, ac in legendis plantis debere. Mensuras adcuratas ad pedem Viennensem exactas addidi, non, quod illae non saepe excedantur, aut excedant, sed quod vel haec differentia non sit usque adeo magna, vel certe semper inter partes adcurata fervetur proportio.

Genera Linnaeana placuerunt; ut novitatis Studiosus non sum, ita mihi plane persuasum

PRAEFATIO.

sum est, laborandum non esse circa Systema quoddam, quod nonnisi genera *Naturalia* complectatur. Placet & artificium, modo memoriam juvet, & inveniendi facilitatem praestet. Unum tamen suppressi *Atellabi* genus, quod eo non alia insecta comprehendi probe intelligerem, quam, quae LINNAEO, quem honoris causa nominatum volo laborioso Systematis condendi opere defatigato supererant, & cum jam taederet, iis, in suo cuilibet genere ex jam constitutis, locum assignare, in cumulum non satis aptum coniecta sunt. Contra *Pyrochroae* genus, Clarissimi GEOFFROYI doctrinam secutus constitui, quod mihi a reliquorum, ad finium licet, structura nimis abluere videntur insecta illa, quae in hoc genere describo. *Meloes* quoque genus a *Proscarabaeo* sejungi; nescio quid abluens alata illa insecta, quae huic generi inseruit Illustris LINNAEUS, ab habitu toto unctuosius illius, pigri, ac paralytici *Proscarabaei* & proxime ad finium habent; nec cuiquam, si ad caput in utrisque deflexum non respexerit, facile subeat opinari, nitidulas
illas

PRAEFATIO.

illas ac summe volucres Chantharides officinarum cum inertissimo facile insectorum unum genus constituere. Non is sum, qui minutias quasvis in Systematibus exagitet; omne Systema, quod non ipsa condidit Natura, suas imperfectiones habere plane debet; hinc

Ubi plura nitent in carmine, non ego
paucis

Offendar maculis;

at cavendum tamen est sedulo,

Non ut placidis coëant immitia, non
ut

Serpentes avibus gementur, tigribus
agni.

Restat ut nonnihil, fors non prorsus importune, de hujus operis suscipiendi ratione dicam. Fructus est horarum subserviarum, & prorsus mearum, earum nempe, quas alii jocis, ludis, confabulationibus infumunt, & perdunt. Hoc ego studio, si quae mentem adversa obnubilabant, serenitatem saepenumero recuperavi, melancholiae tristissimos paroxysmos de-

PRAEFATIO.

puli, deambulationes, quas valetudo imperabat non sane firmissima, condivi, effecique, ut tum fortasse minime essem solus, cum maxime procul mortalibus. Certe non alibi festam a graviorum scientiarum studio mentem jucundius aequae atque honestius conquirere posse existimo, ac plane expertus sum, quam in Naturae contemplatione; videt enim hic, ut minores omnes laudes praeteream, videt hic operantem, auditque loquentem DEUM, & adorat.

Reliqua liber ipse docebit. Unum addo, me in hoc Naturae studio non civem esse, sed spectatorem, qui visa notet diligenter, adytis fortasse adhuc prohibitus. Coeterum tu, Lector, huic qualicumque opellae fave & vale.



GENE-